



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Natales Sanctorvm Candidissimi Ordinis  
Præmonstratensis**

**Sterre, Jean Chrysostome van der**

**Antverpiæ, Anno M.DC.XXV.**

II. Ioannes Lohelivs. Anagramma. 'lo, Solne, An Helivs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37161**

D. JOANNIS LOHELII 171

Sancto odio zelog flagrans, Ieiunia præscis  
Consueta patribus prædicat IONAS nouus.  
IONAM alium Mare cognoscit, Fluuij q̄ salutant,  
IONÆ q̄ mittunt Lucium natum suum:  
Exilit ille ab aquis, se in lucem Lucius effert,  
LOHELII q̄ gestiens lambit pedes;  
Seq̄ epulis offert Fratrum, IONÆ q̄ LOHELII:  
Credas, prioris poscit hospitiū vices.  
Credo & snasurus mutus Ieiunia Testis,  
Solitamq; Quartæ feria abstinentiam;  
In ventrem hunc IONÆ mittit se pescis, ut huius  
Aluo receptus induat linguam sibi.

II.

IOANNES LOHELIVS.

Anagramma.

IO, SOLNE, AN HELIVS?

**S**Alue io Austriadum, Bohemiaq;  
Præclarum iubar, inclytumq; lumen;  
Candidi Ordinis & Chens LOHELII,  
Candidi Ordinis & decus LOHELII,  
Archipræfulis Insulâ coruscans;  
Lux Germanica, Nobilisq; Princeps,

X 2

Lux

*Lux vere aurea, splendidumque sidus.*

*Non tibi Proauique Auique Cera*

*Ornant atria, curribusue stantes*

*Belli fulmina Cæsaresue Patres :*

*Patrum gloria picta, ficta, inanis*

*Inflat degeneres patrum Nepotes :*

*Tu de lumine proprio coruscas,*

*De virtute tua micas LOHELI.*

*Sed quo nomine te ergo Lux vocabo ?*

*Pollucis tibi, Castorisque sordet*

*Lux polluta nimis, minusque casta :*

*Impolluta tua, atque casta vita est.*

*Si nomen tribuo tibi Planeta,*

*Erro; erronibus, omnibusque fixis*

*Maior Lux tibi, cui nec ullus error,*

*Cui fixum propriâ micare luce.*

*Io ergo inclyte vera Lux LOHELI,*

*Nescia alterius micare Luce :*

*Io SOL propriâ vocere Luce,*

*Quem nec Phosphorus antecedat ortu,*

*Quem nec Hesperus occidente claudat.*


*SOLNE sed mage, AN HELIVS voceris ?*

*SOLEM io merito, HELIVMq; dico.*

Sol



SOL es Ausonius micans Latinis;  
 Graius HELIVS es micans Pelasgis:  
 Tui Nominis omen hoc LOHELI,  
 Nomen ominis hoc tuum LOHELI:  
 Viuens SOL Latiis ïo fuisse,  
 Post mortem (voueo) HELIVS futurus.



## III.

IOANNES LOHELIVS.

Anagramma.

EN SION LAVS HELIO.

**S**Vnt, deuicta quibus magnū dedit Africa no-  
 Sunt Asia nomen qui peperere sibi: [men,  
 Pellaus Iuuenis Magnus toto audiūt orbe,  
 Orbis cui misero non satis unus erat :  
 Cæsar is & Magnus Gener est, & Tullius; ille  
 Bellonā magnus, Tullius ore fluens:  
 Nectantum Magnos fecit sibi stulta vetustas;  
 Est & Gregorius Magnus, & Aurelius.  
 Et verò Magnum quis te neget esse LOHELI,  
 Magna cui virtus Relligioque fuit?

T 3 Ma-